Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Schmuckinitiale

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

Factum
est autem postquam
mortuus
est saul ut
david reverteretur
a cede ama
lech et ma
neret in siceleg
duos dies. In die autem tertia apparuit
homo veniens de castris saul veste
scissa et pulvere aspersus caput. Et ut ve
nit ad david cecidit super faciem suam
et adoravit. Dixitque ad eum david: Unde
venis? Qui ait ad eum: De castris
israel fugi. Et dixit ad eum david: Quod est
verbum quod factum est? Indica michi. Qui
ait: Fugit populus ex prelio et multi
corruentes e populo mortui sunt sed et sa
ul et ionathas filius eius interierunt.
Dixitque david ad adolescentem qui nun
tiabat ei: Unde scis quia mortuus est saul
et ionathas filius eius? Et ait ado
lescens qui narrabat ei: Casu veni
in montem gelboe et saul incumbebat
super hastam suam. Porro currus et
equites appropinquabant ei et conversus
post tergum suum videnque me vo
cavit. Cui cum respondissem adsum dixit
michi: Quisnam es tu? Et aio ad eum:
Amalechites sum. Et locutus est michi: Sta
super me et interfice me quoniam tenent me
angustie et adhuc tota anima mea in
me est. Stansque super eum occidi illum.
Sciebam enim quod vivere non poterat
post ruinam. Et tuli dyadema quod
erat in capite eius et armillam de
brachio illius et tuli ad te dominum meum
huc. Apprehendens autem david vestimenta
sua scidit omnesque qui erant cum eo
et planxerunt et fleverunt et ieiuna
verunt usque ad vesperam super saul et super
ionathan filium eius et super populum domini
et super domum israel eo quod corruissent
gladio. Dixitque david ad iuvenem qui
nuntiaverat ei: Unde es tu? Qui respondit:
Filius hominis advene amalechi
te ego sum. Et ait ad eum david: Qua
re non timuisti mittere manum tuam ut
occideres christum domini? Vocansque david
unum de pueris suis ait: Accedens ir
rue in eum. Qui percussit illum et mor
tuus est. Et ait ad eum david: Sanguis
tuus sit super caput tuum. Os enim tuum
locutum est adversum te dicens: Ego
interfeci christum domini. Planxit autem david
planctum huiuscemodi super saul et super
ionathan filium eius et precepit ut
docerent filios iuda sicut scriptum est
in libro iustorum. Et ait: Considera israel
pro his qui mortui sunt super excelsa
tua vulnerati. Incliti israel super mon
tes tuos interfecti sunt. Quomodo ceci
derunt fortes? Nolite annuntiare in
geth neque annuntietis in compitis a
scalonis ne forte letentur filie phi
listiim ne exultent filie incircumciso
rum. Montes gelboe nec ros nec plu
via veniant super vos neque sint ag
ri primitiarum quia ibi abiectus est clypeus
fortium clypeus saul quasi non esset unctus
oleo. A sanguine interfectorum ab adipe
fortium sagitta ionathe numquam
rediit retrorsum et gladius saul
non est reversus inanis. Saul et ionathas
amabiles et decori in vita sua in
morte quoque non sunt divisi aquilis ve-